

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

LXXXV. An aliquis sibi ipsi faciat injuriam?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

*ἀντιπεποιθός*, id est, reciproca perpeſſio, & deſcribitur hoc Rhadamanti: Juſta malis hæc admiſſo pro crimine pœna eſt: Ut, quæ fecerunt aliis, patiantur & ipſi. Vide Ariſtotelem 8. cap. 5. Eth. 1.

## LXXXV.

*An aliquis ſibi ipſi faciat injuriam?*

Negatur.

**N**EMINEM proprie ſibi ipſi injuriam facere, ſed alii, diſputat acutè Ariſtoteles contra Platonem, qui ſentit, neminem erga alium eſſe injurium, niſi prius ſit erga leiſum injurius. Sententiæ Ariſtotelis hoc præter cætera patrocinetur: Ut ſuæ conjugis nemo eſt adulter, ſed alienæ: ut nemo ſuarum facultatum fur eſt, ſed alienarum: Sic nemo vim aut fraudem facit ſibi ipſi, ſed aliis. Quid igitur, qui ſuſpectam voluntatè uxoris ſuæ tentaturus ſolicitat verbis alterius? Omnino ille tentator, quia alienam perſonam induit, ut alienæ pudicitia inſidiatur. Quid, qui obæarus, ſeu multa debens, ſuam tabernam effingit, & aufert merces proprias? Omnino hic fur ſuarum mercium aufert aliena, cum fraus iſta ad alios pertineat, quos fruſtrari conatur. Cui igitur injuriam faciunt *αὐτόχρητες*, id eſt, qui ſibi ipſi violentas manus inferunt? Reſp. Civitati, quæ eadè amittit civem. Cui verò injuriam

Ce 5

juriam